

<UTRUM IMPERIUM VOLUNTATIS POSSIT IMPEDIRI PER ALIQUAM VIRTUTEM INTELLECTIVAM
VEL SENSITIVAM>

Pembroke College 236 {P177rb} / Baliol College 246 {B260rb} / British Library Royal 10 C VI {R155ra} Utrum imperium voluntatis possit impediri per aliquam virtutem intellectivam vel sensitivam.

¶ Quod sic arguitur¹, quia virtus qua² voluntas³ resistit motibus illicitis⁴ est finita, igitur aliqua⁵ virtus intellectiva⁶ vel sensitiva potest impediri imperium voluntatis. Antecedens patet⁷. Consequentiam probo, quia, si⁸ virtus volitiva⁹ sit¹⁰ finita, igitur¹¹ aliqua passio in sensu¹² vel intellectu posset tantum¹³ intendi quod adequaret¹⁴ potentiam resistitivam; igitur talis¹⁵ passio impediret¹⁶.

¶ Ad oppositum est Anselmus *De conceptu virginali*¹⁷, ca^o 4, dicens: “Si de¹⁸ actionibus voluntatis que iniuste fiunt arguantur, membra et sensus quibus¹⁹ fiunt respondere possunt: ‘Deus nos fecit²⁰ et potestatem que in nobis est ita²¹ subiecit²² voluntati, ut ad²³ imperium eius non possumus nos non movere’”, et sequitur ibi: “Nec nos²⁴ possumus illi²⁵ per nos resistere”ⁱ.

<DIVISIO QUESTIONIS>

Quantum²⁶ ad istam questionem estimo quod intentio querentis est querere an imperium voluntatis possit impediri per aliquam virtutem intellectivam vel sensitivam infra ipsum hominem

¹ arguitur] patet P; om. R

² qua] aliqua B

³ voluntas] om. P

⁴ illicitis] elicitis B

⁵ aliqua] alia P

⁶ intellectiva vel – imperium voluntatis] etc. P

⁷ patet] et add. P

⁸ si] illa add. P

⁹ volitiva] voluntatis B; om. P

¹⁰ sit] est B

¹¹ aliqua passio] passiva B

¹² in sensu] om. P

¹³ tantum] om. P

¹⁴ adequaret] edequaret P

¹⁵ talis passio impediret] etc. P

¹⁶ impediret] impedire tenet B

¹⁷ virginali] virginis B

¹⁸ de] om. P

¹⁹ quibus fiunt] om. B

²⁰ fecit] facit B

²¹ ita] om. P; et R

²² subiecit] subicit R

²³ ad] om. P

²⁴ nos possumus] tr. P

²⁵ illi per nos – questionem estimo] om. B

²⁶ quantum ad istam – isto supposito] ¶ ad questionem si queritur de voluntate et potentia intellectiva vel sensitiva eiusdem hominis et non Dei vel angeli vel alterius P

volentem²⁷, ut intelligatur²⁸ questio²⁹ de voluntate hominis et potentia intellectiva vel sensitiva eiusdem, non autem an imperium hominis possit impediri per intellectum Dei vel angeli vel per potentias sensitivas alterius hominis, ut sit sensus: querere an imperium voluntatis Socratis³⁰ quo vult movere digitum suum in aere possit impediri per aliquam virtutem existentem in Socrate³¹, intellectivam vel sensitivam.

¶ Isto supposito premitto duas³² distinctiones³³. Prima³⁴ est quod ista³⁵ prepositio³⁶ ‘per’ denotare³⁷ potest causam parcialem vel totalem. ¶ Secunda est quod³⁸ aliquid impediri est³⁹ dupliciter: vel quia⁴⁰ nichil agit, sicut trabes impedit grave in⁴¹ descensu, vel quia tardius⁴² agit effectum, quamvis illud⁴³ quod agit non compellit active, sicut densitas medii divisibilis⁴⁴ a gravi impedit motum gravis, quamvis⁴⁵ non omnino⁴⁶ compellit ad quietem. ¶ Dico⁴⁷ igitur secundum ista tres conclusiones.

<PRIMA CONCLUSIO>

¶ Prima conclusio⁴⁸ est quod⁴⁹ imperium voluntatis non potest impediri totaliter et secundo modo ab aliqua⁵⁰ virtute intellectiva vel sensitiva sicut a causa totali⁵¹, cuius ratio est⁵² quia voluntas est potentia⁵³ activa cui⁵⁴ vires alie⁵⁵ naturaliter nate sunt obedire⁵⁶, et⁵⁷ ideo per⁵⁸ seipsas

²⁷ volente] voluntatem B
²⁸ intelligatur] intelligatur B
²⁹ questio] om. R
³⁰ Socratis] sibi B
³¹ Socrate] vel add. B
³² duas] tres B
³³ distinctiones] suppositiones P
³⁴ prima] una B
³⁵ ista prepositio] ly P
³⁶ prepositio] dictio B
³⁷ denotare] demonstrare R
³⁸ est quod] om. P
³⁹ est] potest esse P
⁴⁰ quia] per R
⁴¹ in descensu] a de<s>cens<a>ri B; ne descendat P
⁴² tardius] et secundo add. P
⁴³ illud quod agit non compellit active] aliquid ag<ra>vat B; aliquis agat R
⁴⁴ divisibilis] distinguabilis B
⁴⁵ quamvis] quem B; quando R
⁴⁶ non omnino] tr. P
⁴⁷ dico igitur] tr. B; dico igitur – conclusiones] om. P
⁴⁸ conclusio] om. BR
⁴⁹ est quod] om. P
⁵⁰ aliqua] alia B
⁵¹ totali] parciali B
⁵² est] om. R
⁵³ potentia] causa P
⁵⁴ cui] om. B
⁵⁵ alie naturaliter nate sunt] alie nate sunt naturaliter P
⁵⁶ obedire] ipsi potentie active add. B
⁵⁷ et] om. B
⁵⁸ per seipsas ei] ei per seipsas P

ei non possunt resistere⁵⁹. Ideo dicit Augustinus 8^{o60} *Confessiones*, ca^o 9: “Imperat animus⁶¹ ut moveat manus, et tanta est facilitas⁶² {P177va} ut vix⁶³ a servitio discernatur imperium”ⁱⁱ; et idem intendit Anselmus sicut⁶⁴ {B260va} argutum est ad oppositum, *De conceptu virginali*, ca^o 4ⁱⁱⁱ.

<SECUNDA CONCLUSIO>

¶¶ Secunda conclusio est⁶⁵ quod ¶ imperium voluntatis potest impediri⁶⁶ primo modo a potentia sensitiva sicut a causa parciali. ¶ Hoc⁶⁷ probo sic: appetitus sensitivus⁶⁸ recipiens passionem a⁶⁹ delectabili⁷⁰ secundum⁷¹ sensum causat⁷² difficultatem⁷³ in voluntate ad⁷⁴ respuendum {R155rb} illud delectabile dato⁷⁵ quod voluntas ad hoc teneatur; igitur⁷⁶ voluntas per appetitum sensitivum et passionem et obiectum difficultatur⁷⁷, et ultra igitur retardatur et impediatur⁷⁸ primo modo loquendo de impediri. Et hec est intentio Anselmi⁷⁹ *De*⁸⁰ *libero arbitrio*, ca^o 6, ubi dicit quod “aliquando sic premuntur temptationibus, ut⁸¹ sine difficultate non valeamus nolle quod suggerunt^{82,iv}”.

¶ Et⁸³ hec⁸⁴ est intentio Aristotelis 1^{o85} *Politicorum*, ubi dicit quod ratio non preest irascibili⁸⁶ et concupiscibili principatu dispotico, qui est domini ad servos, set principatu politico seu⁸⁷ regali, qui⁸⁸ est domini ad liberos et ad cives, qui non totaliter subduntur imperio^v. ¶ Dat enim ibidem⁸⁹ ca^o 3^{vi} differrentiam inter principatum quo anima dominatur corpori et principatum quo

⁵⁹ resistere] et *add.* R

⁶⁰ 8^o] 7^o B

⁶¹ animus] omnibus R

⁶² facilitas] facultas P

⁶³ vix] numquid B; *om.* P

⁶⁴ sicut argutum est ad oppositum] ubi allegatur P

⁶⁵ est quod] *om.* P

⁶⁶ impediri] impedire B

⁶⁷ hoc probo sic] probatur P

⁶⁸ sensitivus] *om.* B

⁶⁹ a] ab P; obiecto *add.* P

⁷⁰ delectabili] delectari B

⁷¹ secundum] sensitivi B; set P

⁷² causat] causa B

⁷³ difficultatem] diffinitatem R

⁷⁴ ad] resistendum vel *add.* P

⁷⁵ dato] datum P

⁷⁶ igitur – loquendo de impediri] igitur conclusio P

⁷⁷ difficultatur] diffinitur B

⁷⁸ impediatur] impeditur B

⁷⁹ Anselmi] *om.* R

⁸⁰ de] vel *add.* R

⁸¹ ut] et B; aliquando *add.* P

⁸² suggerunt et] *om.* B

⁸³ et] similiter P

⁸⁴ hec] etiam *add.* R

⁸⁵ 1^o] 2^o B

⁸⁶ irascibili] rascibili B

⁸⁷ seu] vel B; et P

⁸⁸ qui est] ut P; qui est domini] qui Deo est B

⁸⁹ ibidem] ibi P

ratio⁹⁰ dominatur appetitui sensitivo et dicit quod anima dominatur principatu dispotico⁹¹ ipsi corpori. Est autem dispoticus⁹² principatus quemadmodum dominus principatur servo qui in nullo potest domino resistere, quia servus quidquid est domini⁹³ est, et⁹⁴ ideo non habet facultatem⁹⁵ domino resistendi⁹⁶. Isto modo anima dominatur corpori, quia statim ad imperium anime movetur manus et pes⁹⁷ et quodlibet membrum quod natum est moveri⁹⁸ motu voluntario⁹⁹. ¶ Set politicus¹⁰⁰ principatus est quemadmodum aliquis¹⁰¹ dominatur liberis qui, licet subdantur domino presidentis¹⁰², habent¹⁰³ tamen aliquid proprium¹⁰⁴ ex quo possunt reniti imperio¹⁰⁵ principatis, et isto modo dominatur rationalis¹⁰⁶ pars anime appetitui sensitivo¹⁰⁷ in homine, quod est animal¹⁰⁸ perfectum secundum Philosophum ibidem^{vii}. ¶ Subiacent¹⁰⁹ igitur irascibilis¹¹⁰ et concupiscibilis¹¹¹ suo modo imperio voluntatis, non tamen quin ad cooperationem obiecti causantis delectationem propriam in¹¹² eis resistere¹¹³ valeant¹¹⁴ voluntati.

¶ Hec iterum est intentio eiusdem¹¹⁵ Aristotelis 3^o *De anima*, textu¹¹⁶ commenti 58 et¹¹⁷ 53, ubi vult¹¹⁸ quod aliquando¹¹⁹ duo appetitus fiunt contrarii ad¹²⁰ invicem^{viii} et aliquando appetitus sensibilis vincit et movet deliberationem, id est appetitum intellectualem, aliquando voluntas¹²¹ vincit illam sicut sphaera superior movet inferiorem^{ix}.

⁹⁰ ratio dominatur] anima P

⁹¹ dispotico] imperio *add.* R

⁹² dispoticus principatus] *tr.* P

⁹³ domini] Deo B

⁹⁴ et] *om.* B

⁹⁵ facultatem] Deo *add. sed del.* B

⁹⁶ resistendi] et *add.* P

⁹⁷ pes] pedes R

⁹⁸ moveri motu] *tr.* B

⁹⁹ voluntario] volitivo P

¹⁰⁰ politicus principatus] *tr.* P

¹⁰¹ aliquis] aliquid P; aliquis dominatur] *om.* B

¹⁰² presidentis] prescitum B

¹⁰³ habent tamen] tamen habet R

¹⁰⁴ proprium ex quo – rationalis pars] *om.* B

¹⁰⁵ imperio principatis] percipientis imperio R

¹⁰⁶ rationalis pars – Philosophum ibidem] ratio appetitui sensitivo P

¹⁰⁷ sensitivo] sensitivum B

¹⁰⁸ animal] animalis R

¹⁰⁹ subiacent] subiacens B

¹¹⁰ irascibilis] irascibili B

¹¹¹ concupiscibilis] concupiscibili B

¹¹² in eis] *om.* P

¹¹³ resistere] resisteret B

¹¹⁴ valeant] valeat B

¹¹⁵ eiusdem] *om.* P

¹¹⁶ textu commenti] commento P

¹¹⁷ et 53] *om.* P

¹¹⁸ vult] ponit P

¹¹⁹ aliquando duo appetitus] duo appetitus aliquando P

¹²⁰ ad invicem] *om.* P

¹²¹ voluntas vincit – movet inferiorem] econtra P

¶ Hec similiter¹²² est intentio beati¹²³ Augustini 12¹²⁴ *De trinitate*, ubi¹²⁵ ostendit quomodo sensualitas ingerens illecebram rationi habet¹²⁶ locum serpentis¹²⁷, ca^o 23¹²⁸ et 24^x.

<TERTIA CONCLUSIO>

¶ Tertia conclusio est¹²⁹ ista¹³⁰: quod possibile est imperium voluntatis totaliter impediri secundo modo per appetitum sensitivum per illecebram immutatum; sic videt quod stante passione in tanto gradu non potest voluntas imperare oppositum illius¹³¹ esse faciendum, set necessario vult¹³² conformiter¹³³ appetitui sensitivo.

Hanc¹³⁴ conclusionem probo primo, quia voluntas est virtus finita, et¹³⁵ per consequens¹³⁶ habet¹³⁷ terminari¹³⁸ per maximum in quod potest vel per minimum in quod non potest¹³⁹, sicut¹⁴⁰ accipi potest ex intentione Philosophi¹⁴¹ 1^o *De {B260vb} celo*^{142xi}; set constat¹⁴³ quod voluntas est virtutis¹⁴⁴ finite¹⁴⁵ in resistendo illecebre, quia, si¹⁴⁶ esset virtus¹⁴⁷ infinita in¹⁴⁸ resistendo¹⁴⁹, in nullo difficultaretur; ergo¹⁵⁰ etc.

¶ Secundo¹⁵¹ sic: aliquod circumstantiale necessitat voluntatem ad ipsum nolendum¹⁵², ergo aliquod¹⁵³ delectabile potest necessitare voluntatem ad ipsum¹⁵⁴ volendum. Consequentia

¹²² similiter] etiam P
¹²³ beati] *om.* P
¹²⁴ 12] 15 P
¹²⁵ ubi ostendunt – serpentis] *om.* P
¹²⁶ habet] quod *scr. sed exp.* B
¹²⁷ serpentis] secundum penultimum B
¹²⁸ 23 et 24] 13 et 14 B; 53 et 54 P
¹²⁹ est ista quod] *om.* P
¹³⁰ ista] hec B
¹³¹ illius] *om.* P
¹³² vult conformiter] *tr.* P
¹³³ conformiter] conformari R
¹³⁴ hanc conclusionem probo primo] probatur sic P
¹³⁵ et per consequens] igitur P
¹³⁶ consequens] non *add.* R
¹³⁷ habet] habent B
¹³⁸ terminari] determinari R
¹³⁹ potest] *om.* P
¹⁴⁰ sicut accipi potest] sicut potest accipi B; ut patet P
¹⁴¹ Philosophi] *om.* P
¹⁴² celo] et mundo *add.* R
¹⁴³ constat] costat B
¹⁴⁴ virtutis finite] virtus finita P
¹⁴⁵ finite in resistendo] infinite resistendo B
¹⁴⁶ si esset] si non sic esse B
¹⁴⁷ virtus] *om.* P
¹⁴⁸ in] et R
¹⁴⁹ resistendo] et *add.* B
¹⁵⁰ ergo etc.] *om.* B
¹⁵¹ secundo sic] item P
¹⁵² nolendum] volendum B
¹⁵³ aliquod] *om.* R
¹⁵⁴ ipsum] non *add.* B

patet, quia¹⁵⁵ tantam¹⁵⁶ habet voluntas libertatem ad¹⁵⁷ nolendum sicut ad volendum. Et¹⁵⁸ antecedens probo¹⁵⁹, quia, dato¹⁶⁰ quod non, sequeretur quod homo politicus in igne vel¹⁶¹ maximo tormento posset poenam quamcumque¹⁶² magnam sibi illatam velle. Consequens falsum, quia, si posset poenam¹⁶³ illam velle, posset sic actum volendi intendere quod non foret sibi poena, quod est homini naturaliter impossibile, quia¹⁶⁴ tunc dampnatus posset non puniri ipso existente dampnato per intensionem voluntatis.

¶ Item, quando aliquis audit malos rumores {P177vb} flet multoties invitis dentibus, quia forte est in tali loco ubi verecundia maxima est sibi flere.

¶ Tertio¹⁶⁵, quia secundum Aristotelem 2^o¹⁶⁶ *Ethicorum*¹⁶⁷ difficilius pugnatur¹⁶⁸ contra voluptatem quam contra iram^{xii}; set¹⁶⁹ ira intensa necessitat voluntatem; {R155va} igitur possibile est sic¹⁷⁰ concupiscentiam intendi, licet non frequenter contingat.

¶ Quarto¹⁷¹, quia totus usus voluntatis amplectitur¹⁷² per passionem, sicut patuit de amore Hereos in Hercule furente, et¹⁷³ in multis aliis, igitur passio¹⁷⁴ illa impedivit¹⁷⁵ totum imperium voluntatis.

<CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM>

¶ Contra¹⁷⁶ istud¹⁷⁷ sic: posset¹⁷⁸ homo necessitari ad¹⁷⁹ peccandum vel¹⁸⁰ committere¹⁸¹ turpissimam delectationem sine peccato.

¹⁵⁵ quia] tantam habet *iter. sed exp.* R

¹⁵⁶ tantam] tam P

¹⁵⁷ ad nolendum sicut ad volendum] ad volendum sicut ad nolendum B

¹⁵⁸ et] *om.* P; e converso *add.* B

¹⁵⁹ probo] probatur P

¹⁶⁰ dato quod non] si P

¹⁶¹ vel] in *add.* R

¹⁶² quamcumque magnam sibi illatam] *om.* P

¹⁶³ poenam illam velle posset] *om. hom.* B; poenam illam] *tr.* R

¹⁶⁴ quia tunc dampnatus – est sibi flere] *om.* BR

¹⁶⁵ tertio quia] item P

¹⁶⁶ 2^o] 3^o P

¹⁶⁷ Ethicorum] quia *add.* B

¹⁶⁸ pugnatur] est pugnare P

¹⁶⁹ set] quandoque *add.* P

¹⁷⁰ sic concupiscentiam] *tr.* P

¹⁷¹ quarto quia] item P

¹⁷² amplectitur] omittat B

¹⁷³ et in multis aliis] *om.* P

¹⁷⁴ passio illa] illa padio B

¹⁷⁵ impedivit] impedit P

¹⁷⁶ contra istud sic] set contra tunc P

¹⁷⁷ istud] idem B

¹⁷⁸ posset homo] *tr.* B

¹⁷⁹ ad] *iter.* P

¹⁸⁰ vel] *add.* P

¹⁸¹ committere] commitendum P

¶ Preterea¹⁸², Anselmus *De libero arbitrio*, ca^o 6: “Non possum¹⁸³ dicere quod sic temptationes nos umquam¹⁸⁴ opprimant¹⁸⁵, ut illud¹⁸⁶ quod monent nullatenus nolle¹⁸⁷ possumus^{”xiii}. Ymmo secundum¹⁸⁸ eum inferunt difficultatem non necessitatem.

¶ Item¹⁸⁹, ca^o 7: “Intellige voluntatem quam voco instrumentum volendi¹⁹⁰ insuperabilem et¹⁹¹ nulla¹⁹² alia vi¹⁹³ superabilem fortitudinem habere^{”xiv}. ¶ Iterum¹⁹⁴, 5¹⁹⁵ ca^o 196 dicit quod¹⁹⁷ “cum vincitur, non vincitur potestate aliena, set sua^{198”xv}.

<RESPONSIO AD RATIONES CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM>

¶ Ad primam concedo conclusionem, quod homo potest necessitari ad¹⁹⁹ delectationem in gradu²⁰⁰, set volendo eam non peccaret²⁰¹, quia temptatio talis excederet²⁰² vires voluntatis, et ideo in²⁰³ tali casu²⁰⁴ non²⁰⁵ foret²⁰⁶ voluntati peccatum. ¶ Ista responsio consonat²⁰⁷ dicto²⁰⁸ Cor. 10²⁰⁹: *Fidelis est Deus qui non pacietur vos²¹⁰ temptari supra id²¹¹ quod potestis, set faciet cum²¹² temptatione proventum²¹³*, id est auxilium, *ut possitis sustinere^{xvi}*. Ista sententia foret frivola si non

¹⁸² preterea] propterea B; item P
¹⁸³ possum] possunt P
¹⁸⁴ umquam] *om.* P; numquam R
¹⁸⁵ opprimant] opprimunt BP
¹⁸⁶ illud] id B
¹⁸⁷ nolle] velle B
¹⁸⁸ secundum] sensum B
¹⁸⁹ item] secundum P
¹⁹⁰ volendi] vocandi B; voluntatem P
¹⁹¹ et] a *add.* P
¹⁹² nulla alia] nullam aliam R
¹⁹³ vi] *om.* R
¹⁹⁴ iterum] item B
¹⁹⁵ 5 ca^o] *tr.* P
¹⁹⁶ ca^o] *om.* B
¹⁹⁷ quod] *om.* P
¹⁹⁸ sua] etc. *add.* P
¹⁹⁹ ad delectationem in gradu] ad ad gradum talis delectationis P
²⁰⁰ gradu] casu B
²⁰¹ peccaret] peccare B
²⁰² excederet] exedit B
²⁰³ in] *om.* P
²⁰⁴ casu] *om.* PR
²⁰⁵ non foret voluntati] voluntati non foret P
²⁰⁶ foret] fore B
²⁰⁷ consonat] concordat P
²⁰⁸ dicto] *om.* B; cum dicto Apostoli P
²⁰⁹ 10] capitulo *add.* B
²¹⁰ vos] nos R
²¹¹ id] illud R
²¹² cum] in B
²¹³ proventum id est auxilium] id est proventum in auxilium R

esset possibile Deo permittente²¹⁴ vel faciente hominem allici²¹⁵ ad aliquod²¹⁶ delectabile per²¹⁷ temptationem quam non posset per liberum arbitrium superare.

¶ Ad secundam dicendum²¹⁸ quod intentio Anselmi est²¹⁹ – et aliorum sanctorum – quod²²⁰ voluntas non potest cogi ad volendum. Et hoc est manifestum, quia tunc invite vellet. Potest tantum²²¹ necessitari²²² ad volendum sic quod stante obiecti presumptione²²³ et aliis circumstantiis eliciet actum volendi modo nature, et per consequens non coacte, nec tamen libere libertate electionis vel indifferentie²²⁴.

¶ Iterum²²⁵, Anselmus vult dicere, et²²⁶ etiam Augustinus, quod voluntas non potest superari²²⁷ ad peccandum sic quod necessitetur²²⁸ ad peccandum²²⁹ vel ad deserendum rectitudinem, quia²³⁰ volendo tale quod non potest non velle pro illo tempore non perdit²³¹ rectitudinem nec peccat²³².

²¹⁴ permittente] promittente B

²¹⁵ allici] alici P

²¹⁶ aliquod] quod B

²¹⁷ per] ad B

²¹⁸ dicendum quod – sanctorum] dicitur quod Anselmus intendit P

²¹⁹ est] *om.* B

²²⁰ quod] per R

²²¹ tantum] tamen P

²²² necessitari] intendi B

²²³ presumptione] presentatione BP

²²⁴ indifferentie] differentie R

²²⁵ iterum] item B

²²⁶ et] *om.* B

²²⁷ superari] superaddi B

²²⁸ necessitetur] necessitatur P

²²⁹ peccandum] peccatum R

²³⁰ quia] vel R

²³¹ perdit] perdet B

²³² peccat] etc *add.* R

-
- ⁱ Anselmus – nos resistere] ANSELM. CANT., *De conceptu* 4 (p. 145, 9-13).
ⁱⁱ Augustinus – imperium] AUG., *Confess.* 9, 21 (p. 126, 6-7).
ⁱⁱⁱ Anselmus – 4] ANSELM. CANT., *De conceptu* 4 (p. 145, 9-13).
^{iv} Anselmi – suggerunt] ANSELM. CANT., *De lib. arbit.* 6 (p. 217, 28-29).
^v Aristotelis – imperio] ARIST. LAT., *Polit.* 1, 5, 1254b5-7.
^{vi} ibidem capitulo 3] ARIST. LAT., *Polit.* 1, 5, 1254b.
^{vii} secundum Philosophum ibidem] ARIST. LAT., *Polit.* 1, 5, 1254b.
^{viii} Aristotelis – ad invicem] ARIST. LAT., *De anima* 3, 10, 433a9-433b4; Comm. ad 433a9-433b4 (pp. 244, 1-247, 167).
^{ix} Appetitus sensibilis – inferiorem] ARIST. LAT., *De anima* 3, 10, 434a12; Comm. ad 434a12 (pp. 250, 97-251, 122).
^x Augustini – 24] AUG., *Trin.* 12, 12, 17 (pp. 371, 17-372, 23).
^{xi} intentione Philosophi – celo] ARIST. LAT., *De caelo* 1, 2, 268b.
^{xii} secundum Aristotelem – iram] ARIST. LAT., *Eth. Nic.* 2, 2, 05a7-10.
^{xiii} Anselmus – possumus] ANSELM. CANT., *De lib. arbit.* 6 (p. 217, 29-31).
^{xiv} capitulo 7 – habere] ANSELM. CANT., *De lib. arbit.* 7 (p. 219, 32-33).
^{xv} 5 – sua] ANSELM. CANT., *De lib. arbit.* 5 (p. 214, 26-27).
^{xvi} fidelis – possit sustinere] I Cor. 10, 13.